Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



115

MIA.

ds ego edificam ego destruo. Et ds
plantam ego euello. Et omnis tam
tam hanc. Et tu quis tibi grandia.
Noli querere. quia ecce ego adducam
malum super omnem carnem ait
dominus. Et dabo tibi animam tuam
in salutem in omnibus locis ad quecum
que pergis. Capitulum. xxxvi.

Verbum quod factum est ad
jeremiam prophetam contra
gentes. ad egyptum. ad
versus exercitum pharaonis necchao
regis egypti. qui erat iuxta flumen
eufraten. in charchamis. quem per
cussit nabuchodonosor rex babylonis. in
quarto anno joachym filij josie re
gis juda. Parate scutum et clypeum
et procedite ad bellum. Jungite
equos. et ascendite equites. state in
galeris. polite lanceas. induite lo
ricis. Quid igitur. Vidi ipsos pa
uidos et retrorsum euntes. fortes eorum cesos.
effugerunt nec respexerunt.
terror undique ait dominus. Non fugi
et velox. nec saluari se potest for
tis. Ad aquilonem iuxta flumen
eufraten uicti sunt. et ceciderunt. Quis
est iste qui quasi flumen ascendit. et
velut fluuios mouebuntur fluctus eius. Egyptus fluuius in
star ascendit. et velut fluuius
mouebitur fluctus eius. et dixit.
Ascendam operiam terram. perdam
ciuitatem et habitatores eius. Ascen
dite equos et exultate in curribus.
et procedant fortes ethiopie. et libi
es tenentes scutum. et lydi arripi
entes et tendentes sagittas sagit
tas. Dies
autem ille domini dei exercituum. dies
ultionis ut sumat uindictam de
inimicis suis. Devorabit gla
dius et satiabitur. et inebriabitur san
guine eorum. Victima enim domini
exercituum in terra aquilonis. iuxta flu
men eufraten. Ascende in galaad.
et tolle resinam virgo filia egypti.
frustra multiplicabis medicamina.
sanitas non erit tibi. Audierunt gentes
ignominiam tuam. et ululatus tu
us repleuit terram. quia fortis super
git in fortem et ambo pariter cecerunt.
Verbum quod locutus est dominus
ad jeremiam prophetam super eo quod ue
turus esset nabuchodonosor rex babylonis.
et percutiens terram egypti. annuntia
te egypto. et auditum facite magdo
lo. et resonet in memphis. et taph
nis dicite. Sta et para te. quia de
uorabit gladius ea que circuitum
tuum sunt. Quare pertransiit fortis
tuus. non stetit. quoniam dominus de
uastauit eum. Multiplicauit ruentes.
et cecidit unus ad proximum suum. et
dixerunt. Surge et reuertamur ad pro
prium. et ad terram natiuitatis nostre. a
facie gladij columbe. Vocate nomen
pharaonis regis egypti. tumultum ad
duxit tempus. Viuo ego rex do
minus nomen eius. quomodo sicut tha
bor in montibus. et sicut carmelus in
mari uenit. Vasa transmigrationis
fac tibi habitatrix filia egypti. quia
memphis in solitudinem erit. et deser
ta inhabitabilis. Vitula elegans atque
formosa egyptus. stimulator ab a
quilone uenit ei. Mercenarij quoque
eius qui insaliantur in medio ei. insi
ti uituli saginati. versi sunt. et fugerunt
simul. nec stare potuerunt. quia dies
infectionis eorum uenit super eos. tem
pus visitationis eorum. Vox eius quasi aeris
sonabit. quomodo cum exercitu properabit.
et cum securibus uenient ei sicut ligna